

corpore; in alia vero remansit mens transmutato corpore. Unde dicit  
 (29) O admirati<sup>u</sup>ve MANUM scilicet Circes<sup>43</sup> dico NIMIUM LEVEM id est im-  
 becillum scilicet in comparacione ad transformacionem que fit per vicia<sup>44</sup>  
 (31) NEC GRAMINA POTENCIA scilicet dico (31) QUE LICET VALEANT VERTERE  
 MEMBRA (32) NON VALENT VERTERE CORDA quod patet quia (33) INTUS EST VIGOR  
 HOMINUM scilicet non obstante mutacione exteriori (34) CONDITUS id est  
 absconditus ARCE ABDITA<sup>45</sup> id est in mente. (35) HEC VENENA scilicet  
 vicia POTENCIUS (36) DETRAHUNT HOMINEM SIBI (37) QUE scilicet existencia  
 DIRA PENITUS MEANT id est totaliter pertranseunt (38) NEC NOCENCIA  
 CORPORUM (39) SEVIUNT id est seire faciunt VULNERE MENTIS.

## [ IV p 4 ]

TUM EGO prosa quarta libri quarto in qua probat Philosophia miseros  
 in eo miseriore quod cupita perficiunt quam si ea non perficerent. Et  
 dividitur hec prosa in tres partes, In quarum<sup>prima</sup> ostendit improbos miseri-  
 ores esse quod cupita perficiunt quam si ea non perficerent. In secunda  
 ostendit improbos miseriore esse si sint inpuniti quam si sint puniti  
 ibi (39) NAM HOC QUOQUE. Tercio ostendit miseriore esse illos qui  
 faciunt iniuriam quam qui<sup>1</sup> paciuntur ibi (114) NAM NE<sup>2</sup> ILLUD. Circa

43 circe J / 44 vicia JORD vicia nature PPeG / 45 abdita RPD  
 abscondita JO /

1 qui RPO om. J / 2 me J /

primum tria facit. Primo conqueritur Boecius quod mali licite mala perpetrant. Secundo Philosophia ipsum consolando hanc querimoniam excludit ibi (5) NEC LICET. Tercio admiratur Boecius deduc<sup>r</sup>tionem Philosophie ibi (31) TUM<sup>3</sup> EGO. Primo ergo Boecius continuando se ad precedentia concedit que iam conclusa sunt de transformacione hominum secundum mores dicens (1) TUM id est tandem scilicet finito carmine<sup>4</sup> Philosophie EGO, INQUAM, FATEBOR id est concedo<sup>u</sup> verum esse quod dictum est NEC INIURIA DICI<sup>5</sup> VIDEO VICIOSOS, TAMETSI id est quamvis<sup>u</sup> SERVENT SPECIEM HUMANI CORPORIS, TAMEN MUTARI IN BELVAS QUALITATE ANIMORUM. Secundo cum dicit (4) SED QUORUM subiungit suam querimoniam dicens SED EIS QUORUM MENS ATROX id est crudelis SCELERATAQUE SEVIT PERNICIE BONORUM NOLUISSEM LICERE ID IPSUM scilicet ut dese<sup>u</sup>verent in bonos. Deinde cum dicit (5) NEC LICET ponitur contra istam querimoniam consolacio philosophica duplex. Primo enim promittit se ostensuram malos talem licenciam non habere unde dicit NEC LICET, INQUIT scilicet Philosophia UTI MONSTRABITUR CONVENIENTI LOCO quia infra prosa sexta huius quarti quod nichil licet malis contra bonos nisi quantum permittitur<sup>6</sup> ex ordine di<sup>u</sup>vine<sup>7</sup> providencie et hoc ad bonorum utilitatem. Unde dicit ibi<sup>dem</sup> ~~deus~~ (p 6, 194) NE QUID IN REGNO PROVIDENCIE LICEAT TEMERITATI FORTITER ET SUAVITER DEUS CUNCTA DISPONIT. Secundo cum

3 tu J / 4 finito (~~prido~~ J) carmine JORD finite sermone PPeG / 5 dici PPeG om. JORD / 6 permittitur RPO promittitur J / 7 di<sup>u</sup>vine J /

dicit (6) SED<sup>8</sup> TAMEN SI ID IPSUM ostendit quod miseriores sunt mali si  
 liceat eis perpetrare mala quam si non liceret. Et circa hoc tria facit.  
 Primo eni<sup>m</sup> probat hoc<sup>9</sup> quod dictum est dicens (7) QUOD SI AUFERATUR EIS  
 scilicet malis ID IPSUM QUOD CREDITUR LICERE et dicit CREDITUR LICERE  
 quia secundum <sup>u</sup>veritatem non licet eis ut dictum est RELEVETUR id est rele-  
 vabitur PENA HOMINUM SCELEATORUM EX MAGNA PARTE. (9) ETENIM NECESSE EST  
 MALOS INFELICIORES ESSE CUM PERFECKERINT CUPITA QUAM SI NON POSSINT IMPLERE  
 EA QUE CUPIUNT, QUOD FORTE VIDEATUR id est <sup>u</sup>videbitur CUIQUAM INCREDIBILE.  
 Cuius probatio est (12) NAM SI MISERUM EST VOLUISSE PRAVA, MISERIUS EST  
 POTUISSE, SINE QUO scilicet posse LANGUERET id est in se deficeret AFFECTUS  
 MISERE VOLUNTATIS. Videtur falsum quod hic dicit quia posse peccare non  
 est malum sed <sup>u</sup>velle peccare est malum: peius est ergo <sup>u</sup>velle malum quam pos-  
 se. Cuius contrarium dicit hic. Sed dicendum quod si <sup>u</sup>velle et posse secur-  
 dum se et absolute considerentur, tunc peius est <sup>u</sup>velle quam posse. Sed si  
 posse accipiatur ut concomitans<sup>10</sup> malam <sup>u</sup>voluntatem et eidem <sup>u</sup>subserviens ut  
 perficiatur in exteriori opere, sic peius est posse quam <sup>u</sup>velle. Et sic lo-  
 quitur hic. Unde dicit quod sine tali posse LANGUERET VOLUNTATIS AFFECTUS  
 id est non perficeretur opus.extra. Sicut autem, ut modo dictum est, peius  
 est posse malum quam <sup>u</sup>velle, sic etiam peius est perficere malum quam posse

8 sed RGPe nec JOD om. P / 9 quidem J / 10 conconitans J /

ita quod unumquodque istorum trium scilicet <sup>u</sup>velle posse perficere aliquid mali addit super precedens. Unde subdit (14) ITAQUE CUM SINGULIS scilicet trium predictorum SUA SIT id est insit MISERIA, TRIPLICI<sup>11</sup> NECESSE EST URGEANTUR INFORTUNIO QUOS VIDEAS SCELUS VELLE POSSE PERFICERE. Secundo cum dicit (16) ACCEDO quia licet ex hoc quod mali possunt perficere malum augeatur eorum miseria, non tamen ex hoc<sup>12</sup> decrescit nocumentum bonorum sed magis crescit. Ideo optat Boecius malos carere hoc infortunio seu miseria dicens ACCEDO, INQUAM scilicet ad hoc quod dicis ei asenciendo scilicet quod multiplicatur infortunium et miseria malorum ex hoc quod non tantum <sup>u</sup>volunt mala sed possunt et perficiunt SED VEHEMENTER EXOPTO UTI scilicet mali DESERTI POSSIBILITATE PATRANDI SCELERIS CITO CAREANT HOC INFORTUNIO. Tercio cum dicit (19) CAREBUNT ostendit Philosophia malos iuxta desiderium Boecii hoc infortunio cito carituros. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod hoc infortunia cito carebunt. Secundo ostendit quod in hoc eorum miseria diminuitur ibi (25) QUOD<sup>13</sup> QUIDEM ILLIS. Unde dicit (19) CAREBUNT INQUIT OCIUS id est celerius QUAM TU FORSITAN VELIS id est <sup>u</sup>velle debeas cognita utilitate bonorum que ex malorum persecucione pro-<sup>u</sup>venit (20) VEL QUAM ILLI SESE EXISTIMANT CARITUROS. Quod autem cito hoc infortunio careant probat per hoc quod in hac brevit<sup>u</sup>ate vite et in comparacione ad <sup>u</sup>vitam immortalem et eternam nichil potest esse diuturnum.

---

-----  
 11 triplice J /  
 qui JO que PPeG /

12 ex hoc RD hoc PPeG ex hoc quod JO / 13 quod RD

Unde dicit (20) NEQUE ENIM EST ALIQUID TAM SERUM id est tardum IN TAM BRE-  
 VIBUS METIS VITE cuiusmodi est <sup>u</sup>vita presens QUOD IMMORTALIS ANIMUS PUTET  
 LONGUM EXPECTARE. Quod autem careant mali hoc infortunio cicius quam  
 existimant manifestat per hoc quod subdit (23) QUORUM scilicet malorum  
 MAGNA SPES scilicet quam habent in sua potestate temporali ET EXCELSA  
 MACHINA FACINORUM id est altitudo temporalis dominacionis quam facinorosis  
 machinacionibus adquisierunt SEPE<sup>14</sup> DESTRUITUR REPENTINO AC INSPERATO  
 FINE scilicet morte que subito et insperate supervenit. Deinde cum dicit  
 (25) QUOD<sup>15</sup> QUIDEM ILLIS ostendit quod per hoc diminuitur malorum miseria  
 quod potestas nocendi in eis habet finem. Unde dicit (25) QUOD<sup>16</sup> QUIDEM  
 scilicet finis quo terminatur potestas malorum STATUIT MODUM id est ter-  
 minum MISERIE ILLIS scilicet malis. Quod probat subdens (26) NAM SI  
 NEQUICIA MISEROS FACIT ut patet ex dictis prosa tertia NECESSE EST MISER-  
 IOR SIT<sup>17</sup> DIUTURNIOR NEQUAM. Sicut enim in bonis quod est diuturnius est  
 melius ceteris paribus, sic et in malis ceteris paribus peius quod est  
 diuturnius. Unde et mors que malorum maliciam terminat eorum infelicitatem  
 diminuit. Propter quod subdit (27) QUOS scilicet malos IUDICAREM INFELI-  
 CISSIMOS SI NON EXTREMA SALTEM MORS EORUM MALICIAM FINIRET. (29)  
 ETENIM SI CONCLUSIMUS VERA DE INFORTUNIO PRAVITATIS scilicet quod tanto

---

-----  
 14 sepe RPO se vel J /

15 quod RPO qui J /

16 qui J / 17 sit

RPGD scilicet JO /

est maius infortunium quanto diuturnius LIQUET EORUM MISERIAM ESSE IN-  
 FINITAM QUAM CONSTAT ESSE ETERNAM. Foret autem eterna si non morte  
 finiretur. Deinde cum dicit (31) TUM EGO ponit admiracionem Boecii super  
 predicta deducione. Et circa hoc duo facit. Primo Boecius admirans  
 deducionem Philosophie dicit quod difficile est huic illacioni assentire  
 quamvis consequatur ad predicta. Unde dicit TUM id est tandem EGO sci-  
 licet Boecius INQUAM, MIRA QUIDEM ILLACIO ET CONCESSU<sup>18</sup> DIFFICILIS sci-  
 licet est ista qua probatur<sup>19</sup> malorum miseria diminui per mortem SED  
 COGNOSCO EAM NIMIUM CONVENIRE HIIS ECIAM QUE SUNT CONCESSA PRIUS. Secundo  
 cum dicit (34) RECTE TU ostendit Philosophia quod quamvis de difficili  
 isti illacioni credatur sed<sup>20</sup> tamen est omnia necessaria. Unde dicit (34)  
 RECTE TU QUIDEM O Boeci EXISTIMAS scilicet quod predictae illationi diffi-  
 cile creditur.<sup>20</sup> (34) SED QUI DURUM<sup>21</sup> PUTAT ACCEDERE CONCLUSIONI scilicet  
 ipsam concedendo EQUUM EST UT DEMONSTRET ALIQUID FALSUM PRECESSISSE VEL  
 OSTENDAT COLLACIONEM PROPOSITIONUM NON ESSE EFFICACEM NECESSARIE CONCLU-  
 SIONIS; <sup>22</sup> ALIOQUIN CONCESSIS PRECEDENTIBUS NICHIL PRORSUS EST QUOD  
 CAUSETUR id est conqueratur de illacione. Unde necessarium est eam con-  
 cedere quantumcumque durum videatur. Deinde cum dicit (39) NAM HOC QUOQUE

18 concessu ODPPeG consensu JR / 19 probatur JORD prohibetur FG  
 perhibetur Pe / 20 sed (sed om.D si PeG) tamen est (est tamen D) omnino  
 necessaria unde dicit recte (recte om. O) tu quidam (tu quidem om. PeG) o  
 boeci existimas (estimas PeG) scilicet (scilicet om. PeGO) quod predictae  
 illacioni difficile creditur (credatur PPeG) PPeGOD om. J recte tu quidem  
 o boeci existimas quod predictae illacioni difficile creditur R / 21 du  
J / 22 necessarie JORD intellectui PPeG /

ostendit malos miseriores esse si non puniantur quam si puniantur. Et circa hoc tria facit. Primo enim probat suum intentum. Secundo solvit quoddam dubium ibi (73) TUNG EGO ISTA QUIDEM. Tercio eorum que ostensa sunt ponit quendam epilogum ibi (80) ILLUD VERO HACTENUS.<sup>23</sup> Circa primum tria facit. Primo ponit conclusionem quam probare intendit. Secundo<sup>24</sup> excludit quosdam modos probacionis<sup>25</sup> quibus<sup>26</sup> illa conclusio probari possit ibi (44) NEQUE ILLUD NUNC MOLIOR. Tercio alium modum probacionis<sup>27</sup> ab illis ponit ibi (50) ET QUIS, INQUAM. Ponit ergo conclusionem quam intendit. Sic continua: Ita dictum est supra quod mors diminuit malorum miseriam, quod licet sit mirum et difficile ad concedendum tamen est necessarium. (39) NAM HOC QUOQUE QUOD DICAM NON MINUS VIDEATUR MIRUM, SED EST EQVE NECESSARIUM EX HIIS QUE SUMPTA SUNT scilicet concludi. Quid autem hoc sit querens<sup>28</sup> Boecius dicit (42) QUID, INQUAM et respondet Philosophia FELICIORES ESSE, INQUIT, IMPROBOS LUENTES SUPPLICIA QUAM SI NULLA PENA IUSTICE<sup>29</sup> EOS COHERCEAT. Deinde cum dicit (44) NEQUE ILLUD NUNC MOLIOR excludit quosdam modos probacionis<sup>29</sup> conclusionis intente que communiter animo occurrunt<sup>30</sup> promittens quendam modum alium.<sup>31</sup> Unde dicit (44) NEQUE ID MOLIOR NUNC id est intendo QUOD CUIVIS<sup>32</sup> IN MENTEM VENIAT scilicet ad probandum quod dixi. Due autem sunt cause quare<sup>31</sup> videatur hominibus melius esse malos punitos quam impunitos. Quarum una est quod

-----  
 23 hactenus (actenus D) RD actencius J attencius PPeGO / 24 primo J /  
 25 probacionis RPO propositcionis J / 26 quibus JORD positis quibus PeG  
 positos quibus P / 27 probacionis RPO propositcionum J / 28 querens  
JORD queritis PPeG / 29 probacionis RPO propositcionis J / 30 occurrunt  
JOR concurrunt D non occurrunt PPeG / 31 propositcionis alium J /  
 32 cuivis D PO tibi vis J cuius<sup>u</sup>vis R /

querens

mali penis corriguntur. Item quod alii timore pene a malo declinant. Et has causas tangit cum dicit (45) CORRIGI PRAVOS MORES id est prave<sup>4</sup> morigeratos ULTIONE ET AD RECTUM DEDUCI TERRORE SUPPLICII, CETERIS QUOQUE EXEMPLUM ESSE FUGIENDI CULPANDA. Sed preter istas est tertia de qua subdit (47) SED ALIO QUODAM MODO scilicet a predictis ARBITROR<sup>33</sup> INFELICIORES ESSE IMPROBOS IMPUNITOS TAMETSI id est quamvis<sup>u</sup> NULLA RATIO CORRECTIONIS<sup>34</sup> NULLUS<sup>35</sup> RESPECTUS EXEMPLI HABEATUR. Deinde cum dicit (50) ET QUIS, INQUAM prosequitur Philosophia istum modum tertium<sup>36</sup> alium a predictis.<sup>36</sup> Et primo querit Boecius quis sit iste modus ~~sit iste modus~~ dicens ET QUIS, INQUAM ALIUS MODUS scilicet potest esse PRETER HOS ? scilicet predictos. Secundo cum dicit (51) ET ILLA ponit Philosophia istum modum. Et circa hoc duo facit. Primo enim modum illum alium probat Secundo probacionem declarat ibi (61) SED PUNIRI. Circa probacionem<sup>4</sup> vero istam sic procedit. Primo resumit quoddam probatum supra prosa tertia<sup>37</sup> dicens (51) ET ILLA INQUIT NONNE CONCESSIMUS BONOS FELICES ESSE MALOS VERO<sup>38</sup> MISEROS ? Et annuens Boecius dicit (53) ITA EST, INQUAM. Secundo Philosophia adiungit huic quiddam<sup>39</sup> per se manifestum quod tamen<sup>40</sup> Boecius sub questione proponit dicens<sup>41</sup> (53) IGITUR<sup>41</sup> SI MISERIE, INQUIT, CUIUSPIAM<sup>42</sup> ADDATUR BONUM ALIQUID, NONNE FELICIOR EST scilicet ille cui hoc bonum additur EO CUIUS PURA EST MISERIA AC SOLITARIA SINE ADMIXTIONE

33 arbitrorque J / 34 correccionis JOR correpcionis PPeGD /

35 nullus PPeG nullius JORD / 36 alium a predictis JORD om. PPeG /

37 tercio J / 38 nec J / 39 quidem J / 40 tantum (ex tamen ?) J /

41 igitur dicens igitur J / 42 cuiuspiam PPeG cuiusdam JO cuiusquam RD /



ALICUIUS BONI ? Cui tamquam manifesto<sup>43</sup> assenciens Boecius dicit (56)

SIC, INQUAM, VIDETUR. Tercio proponit Philosophia aliud eque manifestum

dicens (57) QUOD SI EIDEM MISERO QUI CUNCTIS CARET BONIS FUERIT ANNEXUM

ALIUD MALUM PRETER EA QUIBUS<sup>44</sup> MISER EST, NONNE CENSENDUS EST INFELICIOR EO

CUIUS INFORTUNIAM RELEVATUR PARTICIPACIONE BONI ? Cui assenciens Boecius

dicit (61) QUIDNI id est quomodo non ? INQUAM. Ex omnibus hiis colligitur

una talis propositio maior: quod malus<sup>45</sup> nullum habens bonum sed insuper

recipiens aliquod malum est infelicior illo qui cum sit malus habet aliquod

bonum adiunctum. Quarto assumit Philosophia unam minorem manifestam

dicens (66) HABENT IGITUR non tenetur illative IMPROBI CUM PUNIUNTUR QUIDEM

ALIQUID BONI ANNEXUM SCILICET PENAM IPSAM QUE RACIONE IUSTICIE BONA EST

CUMQUE IDEM scilicet improbi CARENT SUPPLICIO INEST EIS ALIQUID<sup>46</sup> ULTERIUS

MALI IPSA VIDELICET IMPUNITAS<sup>47</sup> QUAM MERITO INIQUITATIS CONFESSUS ES<sup>48</sup>

MALUM ESSE scilicet supra prosa prima. Quod concedens Boecius dicit (71)

NEGARE NON POSSUM. Ergo concludit Philosophia principale intentum dicens

ERGO MULTO INFELICIORES SUNT IMPROBI INIUSTA IMPUNITATE DONATI id est

liberati QUAM PUNITISED IUSTA RACIONE (61) Deinde cum dicit PUNIRI declarat

43 manifesto JORD manifeste PPeG / 44 quibus RPO cuius J / 45 malum  
J / 46 aliquis J / 47 inpunitis J / 48 est J /

quoddam obscurius in hac propositione positum scilicet quod improbis  
 punitis est aliquid boni annexum impunitis <sup>u</sup> vero aliquid mali. Unde  
 dicit (62) SED MANIFESTUM EST IUSTUM ESSE PUNIRI IMPROBOS, INIQUUM VERO  
 ESSE ELABI id est <sup>u</sup> evadere impunitos scilicet improbos. Quod quia mani-  
 festum est negari non posse <sup>49</sup> concedit <sup>50</sup> Boecius cum dicit (63) QUIS,  
 INQUAM, ID NEGET <sup>51</sup> ? quasi diceret nullus. Et addit Philosophia (63)  
 SED NE ID QUIDEM, AIT scilicet Philosophia NEGABIT QUISQUAM BONUM ESSE  
 OMNE QUOD IUSTUM EST CONTRAQUE QUOD <sup>52</sup> INIUSTUM EST MALUM LIQUERE. Ex  
 hiis autem patet clare <sup>53</sup> minor supra posita quod scilicet malis <sup>54</sup> punitis  
 est aliquod bonum annexum, malis <sup>u</sup> vero impunitis aliquod malum. Deinde  
 cum dicit (73) TUM EGO solvit quoddam dubium et circa hoc duo facit.  
 Primo enim <sup>u</sup> movet Boecius dubitacionem. <sup>55</sup> Secundo Philosophia illam solvit <sup>u</sup>  
 ibi (77) ET MAGNA QUIDEM. Boecius autem <sup>u</sup> movens dubitacionem primo con-  
 tinuat se ad ea que dicta sunt dicens (73) TUM id est tandem EGO scilicet  
 dixi ISTA QUIDEM scilicet que iam dicta sunt CONSEQUENCIA SUNT EIS QUE  
 PAULO ANTE SUNT CONCLUSA. (75) SED <sup>u</sup> QUESTO TE O Philosophia NULLANE id  
 est nonne ALIQUA SUPPLICIA ANIMARUM RELINQUIS POST CORPUS DEFUNCTUM  
 MORTE ? Istam dubitacionem <sup>u</sup> movet Boecius primo quia parum supra dixit  
 Philosophia miseriam improborum morte finiri et ita <sup>u</sup> videbatur quod nulla

---

-----  
 49 posse JORD possit PPeG / 50 concedit ORDPPeG ostendit J /  
 51 illud (id RD) neget RDPPeG id est neges J id est neget O /  
 52 contra quodque quod J / 53 patet clare JOD patet RPPeG / 54 malum  
 J / 55 dubitacionem dubitacionem J /

remaneat eis pena post mortem; secundo quia modo immediate dixit  
 improbos impunitos miseriores esse quam si punirentur, unde si tales  
 non puniuntur post mortem <sup>u</sup>videretur quod peccatores dampnati feliciores  
 essent <sup>u</sup>vel minus miseri quam peccatores <sup>u u</sup>viventes. Deinde cum dicit (77)  
 ET MAGNA QUIDEM, INQUIT solvit <sup>u</sup>predictam dubitacionem ubi advertendum  
 quod secundum quod <sup>u</sup>voluntas <sup>56</sup> hominis est habituata in morte ad bonum  
 vel ad malum secundum hoc manet firmata post mortem. Unde decedentium  
 in peccato duplex est condicio, quia <sup>u</sup>vel eorum peccatum est tale quod  
 per ipsum habituatur <sup>u</sup>voluntas ad malum, cuiusmodi est peccatum mortale -  
 - unde de peccantibus mortaliter et in tali peccato decedentibus loquens  
 beatus Gregorius exponendo illud Job <sup>a</sup>40: <sup>57</sup> e s t i m a b i t  
 a b y s s u m q u a s i s e n e s c e n t e m, libro Moralium 29 dicit:  
 iniqui ideo cum fine deliquerunt quia cum fine <sup>u</sup>vixerunt: <sup>58</sup> <sup>u</sup>voluissent  
 quippe sine fine <sup>u</sup>vivere ut sine fine potuissent iniquitatibus permanere;  
 nam magis appetunt <sup>59</sup> peccare quam <sup>u</sup>vivere et quia <sup>u</sup>voluntas talis sicut  
 est in malo habituata ante mortem sic manet in malo obstinata post  
 mortem, ideo <sup>60</sup> tales puniuntur pena eterna post mortem: <sup>60</sup> secundum enim  
 Gregorium quarto Dyalogorum ad magnam iusticiam iudicantis pertinet ut  
 numquam careant supplicio qui numquam carere <sup>u</sup>voluerunt peccato -- vel est

a IV x lvi (Moricca p. 304, ll. 8 ff.)

56 bonitas J / 57 40 JORD 44 PPeG / 58 estimabit abyssum quasi  
 (quasi om. R) senescentem dicit libro moralium 29 (moralium 20 JO xxix  
 moralium R) iniqui ideo cum fine deliquerunt (deliquerint R) quia cum  
 fine vixerunt JORD estimabat abyssum libro moralium inquit ideo cum  
 deliquerunt quia cum sine fine vixerunt P fine libro moralium iniqui ideo  
 cum quasi se nescientem dicit xxix deliquerunt quia cum sine fine vixerunt  
 (vixerint G) PeG / 59 appetunt JORD appetit PPeG / 60 ideo (et ideo  
G) tales puniuntur pena eterna post mortem PPeGOD om. JR /

peccatum eorum tale quod stat cum <sup>u</sup> voluntate habituata ad bonum. Talis autem <sup>u</sup> voluntas est eternaliter premianda post mortem quia manet eternaliter confirmata in bonum.<sup>61</sup> Unde huiusmodi peccatum non habet puniri eternaliter, sed tamen quia ad iusticiam<sup>62</sup> Dei pertinet ut nullum malum maneat impunitum, ideo oportet quod puniatur temporaliter, unde quia per talem penam purgatur anima ab impedimento pleni premii <sup>u</sup> vocatur pena purgatoria. Unde de isto duplici genere pene post mortem dicit Philosophia (77) ET MAGNA QUIDEM, INQUIT scilicet relinquo malis<sup>63</sup> supplicia post mortem QUORUM scilicet suppliciorum ALIA PUTO EXERCERI<sup>64</sup> PENALI ACERBITATE scilicet supplicia dampnatorum ALIA VERO PURGATORIA<sup>65</sup> CLEMENCIA scilicet aliorum morientium in peccato <sup>u</sup> veniali. Sed de huiusmodi penis non est intencio Philosophie hic agere propter quod subdit (79) SED DISSERERE id est disputare<sup>66</sup> DE HIIS scilicet penis que debentur animabus post mortem NUNC<sup>67</sup> CONSILIUM NON EST. Unde quod dictum est malorum miseriam finire per mortem intelligendum est de miseria ista que consistit in demeritis reproborum que non erit<sup>68</sup> post mortem eo quod tunc mali in statu demerendi non sunt quamvis eciam et <sup>u</sup> <sup>69</sup> hoc secundum aliquem modum possit intelligi de miseria post mortem quia, cum supplicium demerito proporcionetur ita quod maius supplicium debeatur maiori demerito

-----

61 bonum JORD bono PPeG /      62 instrumentum J /      63 malam J /  
 64 exerceri RPeGD exerius PJO /      65 purgatoria J /      66 deserrere J /  
 67 nunc RPO nec J /      68 erit JOD om. R erunt PPeG /      69 et hoc JOD  
 ex hoc R in hoc PPeG/

necesse est cum<sup>70</sup> morte terminetur augmentum demeriti, quod etiam ex  
 consequenti ponatur terminus<sup>71</sup> in augmento supplicii. Similiter quod<sup>72</sup>  
 dictum est istum esse miserio<sup>73</sup>rem qui peccat impune quam ille qui pro  
 peccato punitur. Intelligendum est de miseria<sup>u</sup> vite presentis utrobique  
 ut sit uniformis comparatio. Accipiendo enim ex una parte miseriam<sup>u</sup> vite  
 presentis ex alia<sup>u</sup> vero miseriam que est post mortem erit deformis com-  
 paratio. Et probat propositum et, sicut dictum est, non hic loquitur  
 de miseria que erit post mortem. Deinde cum dicit (80) ID VERO HACTENUS  
 ponit<sup>74</sup> quendam epilogum eorum que prius probata sunt. Et circa hoc  
 duo facit. Primo epilogat que dicta sunt. Secundo ostendit quomodo  
 super hiis<sup>u</sup> variatur iudicium hominum ibi (91) TUM EGO. Dicit ergo (80)  
 ID VERO EGIMUS HACTENUS, UT POTESTAS MALORUM QUE TIBI VIDEBATUR INDIG-  
 NISSIMA NULLAM EAM ESSE COGNOSCERES ut probatum<sup>75</sup> est supra prosa secunda  
 huius QUOSQUE QUEREBARE id est conquerebaris INPUNITOS<sup>76</sup> VIDERES<sup>77</sup>  
 NUMQUAM CARERE SUPPLICIIS SUE IMPROBITATIS quod factum est prosa tertia  
 LICENCIAM scilicet qua mali impune operantur malum QUAM CITO PRECABARIS  
 FINIRI DISCERES NEC ESSE LONGAM FOREQUE<sup>78</sup> INFELICIOREM SI DIUTURNIOR  
 INFELICISSIMAM VERO SI ESSET ETERNA et hoc actum est prosa ista. (86)  
 POST<sup>HEC</sup> scilicet probatum est hac eadem prosa MISERIORES ESSE IMPROBOS  
 A

70 est cum RPO om. J / 71 terminus RPG t̄s Q tres J / 72 quid (vel  
 quidem) J / 73 spectat J / 74 ponit RPO post J / 75 probatum  
RPO prostratum J / 76 impunitos RDPPeG om. JO / 77 <sup>u</sup>videres JORD  
<sup>u</sup>videbis PPeG / 78 flore que J /

DIMISSOS IMPUNITATE INIUSTA, QUAM<sup>79</sup> PUNITOS IUSTA ULCIONE. (88) CUI SENTENTIE CONSEQUENS EST, UT CUM CREDUNTUR ESSE IMPUNITI TUM DEMUM<sup>80</sup> URGEANTUR SUPPLICIIS GRAVIBUS. Deinde cum dicit (91) TUM EGO ostendit quomodo iudicium commune hominum discrepat ab istis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo docet quod iudicio vulgari non est assenciendum ibi (109) QUID ERGO? HIISNE etc. Circa primum duo facit. Primo enim conqueritur Boecius dicta Philosophie<sup>81</sup> quamvis rationalia non concordare communi iudicio hominum dicens (91) TUM EGO scilicet Boecius INQUAM, CUM CONSIDERO RACIONES TUAS O Philosophia NICHIL PUTO DICI VERIUS scilicet illis rationibus. (92) AT pro sed SI REVERTAR AD IUDICIA HOMINUM scilicet aliter videtur quia QUIS EST ILLE CUI HEC MODO id est tantummodo VIDEANTUR NON CREDENDA SED SALTEM NON AUDIENDA ? quasi diceret omnibus est incredibile. Secundo Philosophia huiusmodi discrepancie causam assignat. Unde dicit (94) ITA EST, INQUIT ILLA. (95) NEQUEUNT ENIM scilicet homines vulgares OCULOS id est intellectum et rationem ASSUETOS<sup>82</sup> TENEBRIS id est affectibus<sup>83</sup> terrenis que mentem obtenebrant ATTOLLERE AD LUCEM PERSPICUE VERITATIS ut scilicet videant illud quod verum est secundum iudicium recte rationis SIMILESQUE SUNT AVIBUS QUARUM VISUM DIES CECAT NOX ILLUMINAT cuiusmodi sunt bubones et noctue.

-----  
 79 qua J /      80 deum J /      81 philosophia J /      82 assuetos PPeGD  
 assuetis JOR /      83 affectibus J affectionibus ORD affectos PPeG /

Cum enim natura <sup>u</sup>visus<sup>84</sup> requirat medium illuminatum,<sup>85</sup> <sup>u</sup>videretur quod  
secundum communem naturam <sup>u</sup>visus melius <sup>u</sup>videre deberent de die quam de <sup>u</sup>  
nocte cuius tamen contrarium contingit in predictis <sup>u</sup>avibus <sup>u</sup>vel propter  
debilitatem naturalem <sup>u</sup>visus sicut in noctua, de qua dicit Ysidorus  
Ethymologiarum libro 12 capitulo de <sup>u</sup>avibus<sup>86</sup> quod ex orto splendore solis  
<sup>u</sup>visus illius hebetatur <sup>u</sup>vel propter consuetudinem ad tenebras sicut  
creditur esse in bubone. Quia enim aues alias inimicas habet, ideo de  
die in <sup>u</sup>cavernis latitat<sup>86</sup> sed aliis <sup>u</sup>avibus quiescentibus propter neces-  
sitate<sup>u</sup>m <sup>u</sup>victus de nocte <sup>u</sup>volat. Oculus autem in quo habundat humor al-  
bugineus de facili a nimio splendore <sup>u</sup>corrumpitur. Unde et habentes  
tales oculos in habundancia lucis minus <sup>u</sup>vident quam illi qui habent  
nigros oculos eo quod in eis nigredo oculorum quodam modo <sup>u</sup>contemperat<sup>87</sup>  
exteriorem splendorem ut fiat niger <sup>u</sup>proporcionatus <sup>u</sup>visui. Ex hoc eciam  
apparet qualiter radius solaris plus nocet oculis si cadat super rem  
albam quam super rem nigram. Istam similitudinem applicans ad iudicium  
<sup>u</sup>vulgarium hominum dicit (98) DUM ENIM INTUENTUR scilicet homines <sup>u</sup>vulgares  
NON RERUM ORDINEM scilicet<sup>88</sup> qui se habet ad modum lucis <sup>u</sup>divine SED SUOS  
AFFECTUS scilicet qui sunt sicut tenebre nocturne PUTANT VEL LICENCIAM  
VEL IMPUNITATEM <sup>u</sup>SCELERUM ESSE<sup>89</sup> FELICEM et tamen non est ita quod apparet

- 2 XII vii, 40

84 <sup>u</sup>visus JORD om. PPeG / 85 illuminare J / 86 latat J /

87 <sup>u</sup>contemperat JORD obtemperat PPeG / 88 scilicet RGO sed J om. P /

89 esse PPeG om. JORD /

bene considerantibus ordinem di<sup>u</sup>vine iusticie. Propter quod subdit (100)  
 VIDE AUTEM QUID SANCCIAT id est statuat LEX<sup>90</sup> ETERNA id est ordo di<sup>u</sup>vine  
 iusticie. Secundum enim Augustinum primo libro de libero arbitrio<sup>90</sup> lex  
 eterna est qua<sup>91</sup> iustum est ut<sup>91</sup> omnia sunt ordinatissima. Et ideo  
 secundum ordinem eius numquam iustus destituitur premio nec malus sup-  
 plicio, propter quod subdit (101) MELIORIBUS scilicet moribus<sup>92</sup> ANIMUM  
 SI CONFORMAVERIS NICHIL OPUS EST IUDICE DEFERENTE PREMIUM quia iam habes  
 ipsum scilicet in hoc quod TU IPSE ADDIDISTI TE EXCELLENCIORIBUS quia iam  
 deus factus es<sup>93</sup> ut probatum est supra prosa proxima. De malis autem est  
 eodem modo quoad<sup>94</sup> supplicium unde subdit (103) STUDIUM id est intencionem  
 DEFLEXERIS AD PEIORA, NE QUESIERIS EXTRA scilicet te ULTOREM quia iam  
 ulcioni subiaces per hoc quod (104) TU IPSE TRUSISTI TE IN DETERIORA  
 scilicet quia iam effectus es bel<sup>u</sup>va ut supra prosa proxima probatum est.  
 Unde simile est de homine bono quantum ad premium et malo quantum ad  
 supplicium (104) VELUTI SI RESPICIAS VICIBUS id est vicissim<sup>u</sup> SORDIDAM  
 HUMUM CELUMQUE scilicet et nichil aliud<sup>95</sup> VIDEARIS id est videberis  
 CUNCTIS EXTRA CESSANTIBUS IPSA CERNENDI RACIONE NUNC CENO scilicet quando  
 tantum lutum cernis NUNC SIDERIBUS INTERESSE scilicet quando tantum celum  
 respicis. Et eodem modo cunctis extra cessantibus ipsa sola ratione

2. c. 50-51

90 lex eterna . . . liber<sup>e</sup> arbitrio RPO om. J / 91 qua iustum est ut  
JORD que iusta est et secundum quam PPeG / 92 moribus JORD maioribus  
PPeG / 93 es RO est JD om. PPeG / 94 quomodo ad J / 95 ad J /



operandi . bene <sup>u</sup>vel male homo assequitur premium <sup>u</sup>vel supplicium diuina<sup>u</sup>  
iusticia hoc ordinante. (108) AT pro tamen VULGUS ISTA NON RESPICIT  
scilicet propter causam iam dictam. Deinde cum dicit (109) QUID ERGO  
ostendit per exemplum quod non est <sup>u</sup>vulgari opinioni assenciendum. Dicit  
ergo QUID IGITUR scilicet O Boeci, dices de hoc ? ACCEDAMUSNE<sup>96</sup> id est  
debemusne accedere per assensum animi his QUOS MONSTRAVIMUS ESSE SIMILES  
BESTIIS <sup>u</sup>vel belvis? quasi diceret non. Quod manifestat per exemplum  
dicens (110) QUID SI QUIS AMISSO PENITUS VISU OBLIVISCERETUR ECIAM SE  
IPSUM HABUISSE INTUITUM ARBITRARETURQUE NICIL SIBI DEESSE AD HUMANAM  
PERFECCIONEM, NUM VIDENTES CECOS ESSE <sup>u</sup>supple illos PUTAREMUS EADEM scili-  
cet que ipsi putant ? quasi diceret non. Vel legitur aliter sic: dicit<sup>s</sup>,  
O Philosophia, quod <sup>u</sup>vulgus assimilatur belvis<sup>u</sup>, tamen <sup>u</sup>vulgus hoc non putat.  
Cui Philosophia; (109) QUID IGITUR ? quasi diceret: numquid et nos debemus  
putare quod non sunt similes belvis<sup>u</sup> quia ipsi non putant? quasi diceret  
non. Et declarat per exemplum subdens (110) SI QUIS AMISSO etc. NUM  
VIDENTES EADEM scilicet que dicta sunt PUTAREMUS ESSE CECOS ? quasi  
diceret non putaremus sed certissime sciremus esse cecos. Deinde cum  
dicit (114) NAM NE ILLUD ostendit miseriores esse illos qui faciunt  
iniuriam quam qui paciuntur. Et circa hoc tria facit. Primo enim

---

-----  
96 accedamusne JORD concedamusne PPeG /

propositum suum probat. Secundo ex hoc ulterius concludit<sup>97</sup> quod iniuria non patientis sed inferentis est miseria ibi (128) HAC IGITUR ALIIS. Tercio per hoc quasdam inyecciones contra quosdam homines facit ibi (131) ATQUI NUNC, AIT. Circa primum tria facit. Primo enim Philosophia istud probandum<sup>98</sup> proponit scilicet quod miserior est inferens iniuriam quam sustinens. Unde continuando<sup>99</sup> se ad precedencia dicit (114) NAM NE<sup>100</sup> quasi diceret non est mirum si vulgus non credat predicta quamvis infallibiliter probata NAM NEC ILLUD ADQUIESCENT id est credent QUOD NITITUR EQVE VALIDIS<sup>101</sup> FIRMAMENTIS RACIONUM. Et manifestans quid est illud subdit (115) INFELICIORES ESSE EOS QUI FACIUNT INIURIAM QUAM QUI PACIUNTUR. Secundo Boecius istud probari<sup>102</sup> petit dicens VELLEM, INQUAM, AUDIRE HAS<sup>103</sup> IPSAS RACIONES scilicet quibus dicis<sup>104</sup> istud inniti. Tercio Philosophia ipsam probationem<sup>105</sup> ponit. Summa<sup>106</sup> autem probationi est hec: quanto aliquis dignior pena tanto miserior; sed faciens iniuriam est dignior pena quam paciens, ergo etc. Maior huius sillogismi persillogizatur sic: omnis improbus est miser sed omnis dignus pena est<sup>107</sup> improbus: ergo omnis dignus pena est miser et quanto dignior tanto miserior. Istius prosillogismi primo ponit minorem conversam dicens (117) OMNEM, INQUIT, IMPROBUM NUM NEGAS<sup>108</sup> DIGNUM SUPPLICIO ? Et respondet Boecius (119) MINIME. Secundo ponit prosillogismi maiorem dicens LIQUET

---

-----

97 concludit RPO conclusit J / 98 probantum J / 99 considerando J /  
 100 nam ne J nam nec O nonne PPeGRD / 101 validum J / 102 probati J /  
 103 hanc J / 104 dicit dicis J / 105 propositionem J / 106 summa  
JORD sententia PPeG / 107 est est J / 108 negas RPO negat J /

VERO MULTIPLICITER quia per multas rationes scilicet est hoc<sup>109</sup> prosa  
 supra quinta probatum et precedente<sup>109</sup> INFELICIORES ESSE<sup>110</sup> QUI SUNT  
 IMPROBI. Et respondet Boecius (120) ITA, INQUAM. Tercio concludit Philo-  
 sophia maiorem principalis sillogismi dicens ergo NON DUBITAS<sup>111</sup> ESSE  
 MISEROS QUI SUNT DIGNI SUPPLICIO ? ~~(120)~~ Cui Boecius: (122) CONVENIT, IN-  
 QUAM scilicet hoc quod nunc concludis hiis que prius sunt concessa.  
 Quarto ponit Philosophia minorem principalis sillogismi sub interrogacione  
 dicens (122) ERGO, INQUIT, SI RESIDERE<sup>112</sup> COGNITOR id est iudex qui debet  
 cognoscere in causa CUI PUTARES INFERENDUM SUPPLICIUM, EINE QUI FECISSET  
 AN QUI PERTULISSET INIURIAM ? Et respondet Boecius (124) NEC AMBIGO IN-  
 QUAM QUIN SATISFACEREM<sup>113</sup> PERPESSO id est passo iniuriam DOLORE FACIENTIS.  
 Ex hiis ergo ultimo concludit Philosophia conclusionem dicens (126) IGITUR  
 ILLATOR INIURIE VIDERETUR<sup>114</sup> TIBI ESSE MISERIOR QUAM ACCEPTOR. Quod  
 concedens Boecius dicit (127) CONSEQUITUR, INQUAM scilicet ex dictis.  
 Deinde cum dicit (128) HAC<sup>115</sup> IGITUR ALIIS concludit ex hoc ulterius quod  
 iniuria quelibet non est patientis miseria sed inferentis dicens HAC  
 IGITUR DE CAUSA scilicet qua probatum est quod inferens iniuriam est  
 miserior paciente ALIISQUE DE CAUSIS NITENTIBUS EA RADICE scilicet QUOD  
 TURPITUDO FACIT MISEROS SUAPTE id est sua propria NATURA, APPARET ILLATAM

-----  
 109 Rectius infra prosa quinta ? supra quasi probam et precedente P supra  
 prosa quinta probatum precedente PeG supra prosa quinta probatum et pre-  
 cedente JO (ostensum est hoc) supra prosa secunda et precedente R (osten-  
 sum est hoc) prosa quinta et precedente D / 110 esse RPO om. J /  
 111 debitas J / 112 recideres J / 113 satisfaceret J / 114 vide-  
 retur PPeGO videtur JRD / 115 hac PPeGJO hinc R h' D /

CUILIBET INIURIAM NON ESSE MISERIAM ACCIPIENTIS SED INFERENTIS. Unde  
 rationabiliter <sup>u</sup>evenit ut secundum proprietatem ydyomatis Anglicani super  
 inferente iniuriam exclametur 'O infelicem hominem!' super <sup>u</sup>paciente ~~vero~~  
 et leso 'O felicem hominem!' quia non nichil felicitatis est hominem qui  
 sine peccato non est penam <sup>u</sup>peccatum ordinantem adiunctam <sup>116</sup> habere.  
 Deinde cum dicit (131) ATQUI ponit suas <sup>117</sup> inyecciones et dividitur in  
 partes quinque. In <sup>118</sup> quarum prima invehit contra oratores qui ad  
 miseracionem paciencium iniuriam iudices inducunt, secundo contra accusa-  
 tores qui non ex compassione sed ex ira <sup>l</sup>tates impetunt ibi (135) QUOS  
 NON AB IRATIS, tercio contra eos qui inferentes iniuriam <sup>119</sup> defendunt  
 ibi (138) QUO FACTO, quarto contra improbus qui iustas penas ferre re-  
 fugiunt ibi (141) IPSI QUOQUE IMPROBI. Quinto invehit contra eos qui  
 malos habendos odio senciunt ibi (147) QUO FIT UT. Circa primum adver-  
 tendum quod misericordia <sup>u</sup>vel misera<sup>e</sup>io est <sup>u</sup>virtus secundum quam aliquis  
 compatitur miserie aliene, ut patet per Augustinum de civitate Dei libro  
 nono capitulo <sup>2</sup>quinto. Unde cui inest maior miseria ei debetur <sup>120</sup> maior  
<sup>u</sup>venia. <sup>121</sup> Sed, sicut <sup>122</sup> iam declaratum est, maior est iniuria inferentis  
 iniuriam et ideo ad miserandum <sup>123</sup> eis maxime deberent iudices induci,  
 cuius contrarium oratores faciunt. Unde Philosophia in illos invehens

2 CSEL I p. 415

-----  
 116 adiunctam JORD(?P)adiunctam concomitantem PeG / 117 suas JRD quin-  
 que PPeGO / 118 in om. J / 119 et iniuriam J / 120 dentur J /  
 121 <sup>u</sup>venia PPeG misericordia JORD / 122 sicut RPO sic J 123 miserendum  
 J /

dicit (131) ATQUI id est certe NUNC, AIT scilicet Philosophia CONTRA FACIUNT<sup>124</sup> id est peccant<sup>u</sup> vel faciunt contra illud quod dictum est scilicet reputando iniuriam passos miseriore*s* iniuriam inferentibus ORATORES scilicet quorum officium est dicere apposita ad persuadendum, ut dicit Tullius in principio rethorice prime (132) CONANTUR enim EXCITARE MISERACIONEM IUDICUM PRO<sup>125</sup> HIIS QUI<sup>125</sup> PERPESSI<sup>126</sup> SUNT GRAVE QUID ACERBUMQUE CUM MAGIS DEBEATUR IUSTIOR MISERACIO ADMITTENTIBUS id est facientibus aliquid grave. Videtur autem dubium quod dicitur hic, quia cum beatitudo et miseria sint invicem<sup>u</sup> opposita et contraria quod consistant in racione contraria. Sed de racione beatitudinis est quod aliquis paciatur<sup>127</sup> eo quod vult<sup>u</sup>,<sup>128</sup> propter quod dicit Augustinus libro 13 de Trinitate: beatus est qui habet omnia que vult et nichil mali vult. Quare eciam de racione miserie est quod quis<sup>129</sup> careat illud quod vult. Sed committens iniuriam voluntarie agit; eciam<sup>130</sup> non caret eo quod vult, cum ex hoc habeat racionem culpe quod voluntarium est. Sed<sup>131</sup> paciens<sup>132</sup> iniuriam patitur involuntarie et ita caret illo quod vult. Unde<sup>u</sup> videtur miserior esse cuius contrarium hic dicitur. Sed dicendum quod aliquid est volitum a voluntate naturaliter et simpliciter et aliquid secundum aliquam disposicionem et ut nunc potiri autem<sup>133</sup> eo quod vult.

a De invent. Iv b XIII v [8] fin.

124 factum (facm̄) J / 125 qui pro hiis qui J / 126 propessi J /  
 127 paciatur RPO ponatur J / 128 naturaliter J / 129 quis JORD  
 om. PPeG / 130 e i<sup>a</sup> J / 131 sed JORD quia PPeG / 132 patientis  
 J / 133 aut J /

Primo modo facit beatum esse<sup>134</sup> simpliciter et carere isto voluto est de ratione miserie simpliciter. Sed potiri voluto secundo modo non facit beatum<sup>134</sup> nisi quadam falsa<sup>135</sup> et simulata beatitudine.<sup>136</sup> Quia<sup>136</sup> immo, cum per hoc<sup>136</sup> quod aliquis potitur tali voluto impediatur homo ad consequendum primum voluto in quo est vera beatitudo cuius carencia facit miserum simpliciter, patet quod potiri tali voluto spectat ad miseriam et per consequens carere eo est carere miseria et promotivum ad beatitudinem veram. Tale autem est voluto quod<sup>137</sup> vel potitur<sup>138</sup> iniuriam inferens vel caret iniuriam passus. Et ideo racionabiliter dicit quod iniuriantibus quia miseriores sunt iustius debetur miseria. Deinde cum dicit (135) QUOS NON AB invehit contra eos qui iniuriam inferentes accusant non ex misericordia sed ex ira dicens QUOS scilicet iniuriantes OPORTEBAT<sup>139</sup> DUCI AD IUDICIUM VELUT EGROS AD MEDICUM NON AB IRATIS ACCUSATORIBUS SED A PROPICIIS MISERANTIBUSQUE QUIA UT RESECARENT id est resecare paterentur<sup>140</sup> MORBOS CULPE SUPPLICIO in quo differt<sup>141</sup> accusator iratus a misericorde. Iratus enim solum intendit supplicium ad vindictam non ad emendam illius qui punitur. Quod autem penalia querere remedia et ad misericordiam spectet<sup>142</sup> docet Augustinus in Speculo<sup>143</sup> sub eleganti exemplo dicens: si autem frater tuus vulnus<sup>144</sup> habet in

a

134 esse simpliciter . . . modo non facit beatum RGO om. J / 135 fabula J / 136 quin immo cum per hoc JORD qui cum per hoc P quin tamen per hoc PeG / 137 quo RPO quod J / 138 potitur JORD patitur PPeG / 139 oportebat JOD oportebit PPeGR / 140 paterentur JORD permetterent PPeG / 141 defert J / 142 spectet JORD spectent PPeG / 143 in speculo JORD om. PPeG / 144 vltus J /

corpore quod <sup>u</sup> velit occultari dum timet secari nonne<sup>145</sup> crudelitate  
simuletur et misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes  
manifestare scilicet peccatum fratris quod non nisi penali remedio cura-  
tur ne deterius putrescat in corde. Deinde <sup>e</sup> cum dicit (139) QUO PACTO  
redarguit eos<sup>146</sup> qui iniuriantes aliis defendunt dicens<sup>147</sup> QUO PACTO  
scilicet si homines misericordia <sup>u</sup> moverentur erga illos qui aliis iniurias  
inferunt OPERA DEFENSORUM que scilicet in defendendo crudelis est ut  
ex dictis patet VEL TOTA REFRIGERET id est tepesceret <sup>u</sup> vel cessaret VEL  
SI MALLET HOMINIBUS PRODESSE quam obesse constat defendendo VERTERETUR  
IN HABITUM ACCUSACIONIS id est qui fuit<sup>148</sup> defensor fieret accusator.  
Deinde cum dicit (141) IPSI QUOQUE IMPROBI redarguit ipsos improbos qui  
iustas penas peccatorum refugiunt dicens IPSI QUOQUE IMPROBI, SI EIS  
FAS ESSET ALIQUA RIMULA ASPICERE VIRTUTEM RELICTAM ita scilicet quod  
perpenderent quanta dignitate pollent <sup>u</sup> virtuosi VIDERENTQUE SE DEPOSITUROS<sup>149</sup>  
ESSE SORDES VICIORUM CRUCIATIBUS PENARUM COMPENSACIONE ADIPISCENDE<sup>150</sup>  
PROBITATIS id est ut recompensacione penarum adipiscerentur probitatem  
NEC HOS CRUCIATUS<sup>151</sup> ESSE DUCERENT id est reputarent DEFENSORUMQUE OPERAM  
REFUDIARENT AC SE TOTOS IUDICIBUS ACCUSANTIBUSQUE PERMITTERENT scilicet ut  
ipsi penis quibusdam <sup>u</sup> correctivis ac <sup>u</sup> purgativis eos <sup>u</sup> virtuti restituerent.

-----

145 non J / 146 eos RPO om. J / 147 dicit J / 148 fiit J /  
149 se deposituros esse JO disposituras esse RD disposituros esse PPeG /  
150 adipiscente J / 151 hos cruciatus RGO hoc cruciatus J /

Unde quod huiusmodi penas refugiunt signum est excecacionis eorum.  
 Deinde cum dicit (147) QUO FIT in<sup>u</sup>ehit contra eos qui malos odio habendos senciunt. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod nullus homo est odio habendus. Secundo exclamacionem facit super bellis et pugnis hominum que<sup>152</sup> ex odio procedere videntur metro quarto ibi QUID TANTO. Primo ergo ostendit nullum hominem habendum odio dicens (147) QUO FIT id est ex predictis concluditur<sup>153</sup> UT NULLUS LOCUS<sup>154</sup> PRORSUS RELINQUATUR ODIO APUD SAPIENTES. (148) NAM BONOS QUIS ODERIT NISI STULTISSIMUS ? quasi diceret nullus. (149) ODISSE VERO MALOS CARET RACIONE quod probat argumento sumpto a simili dicens (149) NAM SI, UTI CORPORUM LANGOR, ITA VICTIOSITAS EST QUASI QUIDAM MORBUS ANIMORUM, CUM IUDICEMUS EGROS CORPORE MINIME DIGNOS ODIO SED POCIUS MISERACIONE, MULTO MAGIS NON INSEQUENDI scilicet odio SED MISERANDI SUNT scilicet illi QUORUM MENTES URGET IMPROBITAS ATROCIOR id est crudelior OMNI LANGORE scilicet corporali. Propter hoc dicit Seneca libro secundo ad Serenum: hunc<sup>155</sup> affectum adversus omnes sapiens habet<sup>156</sup> quem adversus egros medicus, quorum nec obscena si remedio egeret contrectare nec reliquias et effusa intueri dedignatur. Idem ad Nouatum libro primo de ira: corrigendus itaque est qui<sup>157</sup> peccat et admonicione et vi et molliter et aspere melior quia<sup>158</sup>

2 xiii, c. 2

xx xv, c. 1

152 que JORD qui PPeG / 153 concluditur JORD colligitur PPeG / 154 locus JORD om. PPeG / 155 hunc RO(?D) habet PPeGJ / 156 habet quem JOR quem habet PPeG quem D / 157 qui RPO que J / 158 melior quia PeGO meliorque RD memor quia P memor J /



tam sibi quam aliis faciendus non sine castigatione sed sine ira tolerantur e cetu<sup>159</sup> mortalium facturi peiora que contingunt et quo uno<sup>160</sup> modo possunt desinant esse mali sed hoc sine odio. Quid est enim cur oderim<sup>161</sup> eum cui tunc maxime prosum cum illum sibi eripio. Nam quis membra sua oderit cum abscidit ? Non est illa ira sed miserie curacio.<sup>162</sup>

## [ IV m 4 ]

QUID TANTOS metrum quartum commixtum ex faleucio, de quo habitum est supra libro primo metro quarto, et elegiaco<sup>1</sup> de quo dictum est supra libro primo metro primo. In hoc autem metro exclamat Philosophia super homines qui bellicis motibus ex odio se invicem ad mortem impetunt dicens QUID IUVAT id est que utilitas est EXCITARE TANTOS MOTUS scilicet odii sicut apparet in bellis et aliis mutuis persecucionibus (2) ET<sup>2</sup> id est quid iuvat<sup>u</sup> SOLLICITARE id est sollicite exquirere FATUM id est fatalem dispositionem si<sup>u</sup>ve mortem aliorum hominum: quasi diceret nulla utilitas est in hoc et ratio est quia (3) SI MORTEM PETITIS id est desideratis si<sup>u</sup>ve ~~vestram~~ siue aliorum PROPINQUAT IPSA (4) SPONTE SUA nullo<sup>3</sup> alio accelerante NEC REMORATUR id est retardat VOLUCRES id est <sup>u</sup>veloces EQUOS isti equi dicuntur parciales dispositiones periodi per quas homo ad mortem tendit. Nec tantum mirandum est quod homines appetunt mortem aliorum cum ipsa per se appropinqu<sup>t</sup> sed etiam magis mirandum quod ipsi homines (5) QUOS LEO SERPENS TIGRIS URSUS APER DENTE PETUNT scilicet ad

-----  
 159 e cetu OD ē cetu J cetu R et est Pe etenim GP / 160 quo uno JGPe

que uno PO quonam RD / 161 oderim JOD adernit(?)R oditur PPeG /

162 miserie curacio D miseracio <sup>u</sup>vel miserie curacio R misera curacio PPeGJ

1. elegeato J / 2 et RPO om. J / 3 <sup>u</sup>vero J /